



SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO

CARD. HIERONYMO M. GOTTI

CAUSAE RELATORE

—*

ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

Sor. Annae a S. Bartholomaeo

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM



POSITIO

SUPER VALIDITATE PROCESSUS




ROMAE

EX TYPOGRAPHIA PONTIFICIA INSTITUTI PII IX

(IUVENUM OPIFICUM A S IOSEPH)

—
1908



ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVÆ DEI

Sor. Annae a S. Bartholomaeo

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

INFORMATIO

SUPER DUBIO

*An constet de validitate Processus Apostolica auctoritate
constructi in Dioecesi Antuerpiensi super assertis mi-
raculis Ven. Servae Dei intercessione patratis: testes
sint rite examinati ac iura producta legitime com-
pulsata in casu et ad effectum de quo agitur?*

E.ME AC R.ME DOMINE,

1. Exeunte XVII saeculo, causa Ven. Annae a S. Bartholomaeo apud hunc Sacrum Ordinem rite inita est. — Anno autem 1733 Remissoriales datae sunt Litterae Antuerpiensi episcopali Curiae ut in prodigiosas sanationes inquireretur, quae ex invocata Ven. Famulae Dei ope ferebantur acceptae.

2. Inquisitioni instituendae manibus admotis, omnes iudiciales formulae, quae iisdem Remissorialibus Litteris continebantur, servatae sunt. — Porro iisdem Remissorialibus Litteris cautum erat ut Iudicium munere Episcopus una simul cum duobus Canonicis, aut Vicarius cum tribus Dignitatibus fungerentur (1). Id vero rite praestitum est in quavis iudicialis inquisitionis parte (2). Antequam officium suum inirentur Iudices, iuramentum ex concepta formula ediderunt.
3. Una simul cum Iudicibus cuique Sessioni, ex iudiciorum normis, semper alter e binis interfuit Subpromotoribus, qui in constitutam formulam iurarunt (3). Pari diligentia lex secreti servata est. Etenim numquam involuerum formularum ex quibus testes erant interrogandi inopportune reseratum est: nunquam comitium ullum celebratum fuit quin simul secretum arctissimum fuerit custoditum: quod Litterae Remissoriales plane exigunt (4).
4. Neque, quod attinet ad testes, diu immorabor. Etenim rite induci sunt, rite iurarunt iidemque rite resonsum dederunt partim a Postulatore, partim ex officio excitati: quod appositae Summario tabellae declarant (5).
5. Etiam causae Postulatores officio suo strenue dede-
runt operam. Procurationis mandato instructi ad postulandum accessseunt eoque toties innovato, quoties res exigerent (6). Quod idem de *iuramento calumniae* dicendum pro re nata semel iterumque praestito (7).
6. Cum ex Litteris Remissorialibus fuissest constitutum ut inquisitio intra triennium absolveretur idque variis

(1) Summ. pag. 11 §. 17.

(2) Proc. in toto.

(3) Ibid.

(4) Ibid.

(5) Summ. pag. 38 ect.

(6) Summ. pag. 26, 29 etc.

(7) Ibid.

incidentibus causis fieri nequivisset, Sacer hic Coetus, actorum causae rogatu, terminum ad alios tres annos prorogavit (1). — Ceterum, ubi primum inquisitio perfecta fuit, ex praescriptis formulis *publici iuris* quoque est facta: *transumptum* peractum riteque cum exemplari collatum ac Romam missum.

7. Quae cum ita sint, spem fovemus certam fore ut Sacer hic Ordo propitium proposito Dubio ferat suffragium: quod cum Revmo P. Roderico a S. Francisco de Paula, Ordinis FF. Carmelitarum Excalceatorum vigilantissimo Postulatore, enixe flagitamus.

Quare etc.

Die 11 Octobris an. 1908.

ACHILLES MARTINI *Sacri Consist. Adv.*
JOSEPH BARLUZZI.

(1) Summ. pag. 35.

REVISA

ANGELUS MARIANI *S. C. Adv.*
S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.

ANTVERPIENSIS

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

Sor. Annae a S. Bartholomaeo

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM



SUMMARIUM

SUPER DUBIO

An constet de validitate Processus Apostolica auctoritate constructi in dioecesi Antverpiensi super assertis miraculis Ven. Servae Dei intercessione patratis; testes sint rite examinati ac iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur?

NUM. I.

(*Proc. fol. 16 terg.*)

Litterae Remissoriales S. Rituum Congregationis.

Antonius Felix tituli S. Praxedis S. R. E. Presbyter Cardinalis Zondadarius Sacrae Rituum Congregationis Propraefectus
Rmō Dño Episcopo Antverpien., vel eius Vicario Generali et quatuor Dignitatibus, seu Canonicis illius Ecclesiae Cathedralis ab ipso Rmō Episcopo

§ 1.

Tenor litterarum remissorialium pro confiendo Processu Apostolico.

§ 2.

De facultate construen-
di Processus.

eligendis Iudicibus per Sacram Rituum Congre-
gationem et Nos ad infrascripta peragenda dele-
gatis, cum clausula tamen quod vel ipse Rm̄us
Episcopus cum duabus ex dictis Dignitatibus, seu
Canonicis, vel, eo legitime impedito, dictus Vicarius
generalis cum tribus ad minus ex iisdem Digni-
tatibus aut Canonicis constructioni infradicendi
Processus coniunctim, et non divisim, semper as-
sistant, salutem in Domino, et in commissis obe-
dientiam, ac nostris huiusmodi, imo verius Apo-
stolicis firmiter obedire mandatis.

§ 3.

De causae introduc-
tione.

Noverit Amplitudo Tua, Rm̄e Dñe Episcope, et vos
illius Vicarie generalis, et Dignitates seu Canonici
eligendi noveritis, quod constructo iam diu vigo-
re specialis Commissionis S. M. Urbani Papae
Octavi processu super fama sanctitatis, virtutum
et miraculorum in genere V. Servae Dei Annae
a S. Bartholomaeo olim Priorissae Monasterii Car-
melitarum Excalceatarum Civitatis Antverpien.,
factaque deinde per cl. me. Cardinalem Vorospium
relatione primo in Sac. Rituum Congregatione, et
successive coram dicto Sanctae Memoriae Urbano
Papa Octavo omnium in dicto Processu contem-
torum, resolutum fuit constare de dicta fama san-
ctitatis, virtutum et miraculorum in genere, et
ideo deveniri posse ad inquisitionem in specie,
fuitque in hoc statu per dictum San. Mem. Pa-
pam Urbanum eidem Sacrae Congregationi com-
missa causa praedicta, cum facultate ad ulteriora
procedendi ; litterasque remissoriales super sancti-
tate vitae, virtutibus et miraculis in specie dictae
Servae Dei, modo et forma, prout eidem Sacrae
Congregationi videbitur, directas aliquibus Archie-
piscopis, seu Episcopis provinciae Antverpien., et
alibi ubi opus fuerit, quomodolibet necessarias et
opportunas semel et pluries, ac quoties oportuerit,
decernendi et relaxandi, et cum aliis facultatibus,
modisque et formis latius expressis in dicta Com-
missione manu dicti San. Mem. Papae Urbani Oc-

tavi signata, dictae Sacrae Congregationi directa et in illius actis exhibita die 2 Iunii 1636. sub huiusmodi tenore, videlicet :

ANTVERPIEN.

B.ME PATER

Abbas Leonardus Fabionus Romae apud Sanctitatem

Vestram residens pro Serenissima Regina matre Christianissima, et ab eadem specialiter deputatus ad prosequendam Causam Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sororis Annae a S. Bartholomaeo olim priorissae monasterii Carm. excalc. Civitatis Antverpien., humiliter exponit Sanctitati Vestrae, qualiter introducta Causa Beatificationis Sororis Annae a S. Bartholomaeo in Sac. Rituum Congregatione, fuerunt ab eadem vigore specialis commissionis S. V. expeditae litterae remissoriales et compulsoriales, ad effectum faciendi processum auctoritate Apostolica in genere tantum super fama virtutum, et Sanctitatis eiusdem, et similiter super fama miraculorum a Deo eius intercessionibus operatorum, prout in litteris praedictis, quarum seriem et tenorem dignetur S. V. hic pro plene, et sufficienter expressis habere, quarum Litterarum vigore factus fuit processus praedictus in genere tantum, quo eidem Sac. Rituum Congregationi praesentato, successive ad relationem Rñi D. Cardinalis Verospii causa proposita primo in Congregatione habita coram Rño D. Cardinali Pio dictae Sacrae Congregationis Praefecto, et successive coram eadem S. V., ac mature discussa, resolutum fuit, constare de praedicta fama virtutum sanctitatis et miraculorum in genere, et ideo deveniri posse ad inquisitionem in specie, et ad hunc ef-

§ 4.

Tenor commissionis introductionis causae.

§ 5.

De constructione Processus Apostolici de fama in genere.

§ 6.

De approbatione famae virtutum, sanctitatis et miraculorum in genere.

§ 7.

De concessione literarum remissorialium et compulsorialium, pro constructione Processus super virtutibus in specie ac super miraculis.

fectum concedi posse litteras remissoriales et compulsoriales in specie, si S. V. placuerit; et quia pro parte R. P. D. Promotoris Fidei fuit dictum de nullitate, ex quo per RR. PP. DD. Iudices remissoriales non fuit facta expressa deputatio loci seu locorum, in quibus testes examinati, et alii actus facti fuerunt iuxta formam literarum; insuper non fuisse citatum Subpromotorem Fidei ad videndum iurare testes, seu ad videndum illos examinari, licet, cum omnia gesta fuerint cum praesentia dicti Subpromotoris Fidei, videatur forma praedictae citationis pinguius fuisse adimpletam, nihilominus eidem Sacrae Congregationi visum fuit, supradictas nullitates ad cautelam, si quae sunt, sanari posse, ac omnes et quoscumque defectus, si in confectione dicti processus, ut supra in genere facti, intervenerint, auctoritate S. V. suppleri proinde, ac si processus huiusmodi in omnibus et per omnia rite et recte factus fuisset, si eidem S. V. placuerit. Ideo idem Abbas nomine eiusdem Serenissimae Reginae matris Christinae humiliter supplicat S. V., quatenus ipsam Serenissimam Reginam, et Causam dictae Sororis Annae a S. Bartholomaeo specialibus favoribus et gratiis prosequendo, dignetur praedictas nullitates, si quae sint, omnesque alias, quae quomodocumque ex dicto processu ut supra in genere facto apparere possent, sanare, ac omnes et singulos defectus supplere: perinde ac si dictus processus ut supra in genere factus in omnibus et per omnia rite et recte factus fuisset, nec non eidem Sac. Rituum Congregationi committere et mandare, ut in Causa praedicta ad ulteriora procedat, et litteras remissoriales, et compulsoriales in specie super virtutibus, sanctitate dictae Sororis Annae a S. Bartholomaeo, superque miraculis a Deo eius intercessionibus operatis modo et forma, prout eidem Sacrae Congregationi videbitur, directas aliquibus Archiepiscopis seu Episcopis illius Provinciae Antverpien., et alibi, ubi

opus fuerit, quomodolibet necessarias, et opportunas semel et pluries ac quoties opus fuerit decernat et relaxet, ac ad huiusmodi effectum articulos ad eosdem Archiepiscopos et Episcopos transmittat, super quibus, et super interrogatoriis dandis a R. P. D. Promotore in Curia eisdem transmittendis, vel a dicto Subpromotore Fidei debeant per se ipsos, et non per alios, testes examinare, cum interventu eiusdem Subpromotoris Fidei per R. P. D. Promotorem in Curia nominandi, et cum facultate ut Archiepiscopi, et Episcopi supradicti, vel duo saltem eorum coniunctim ad testium examen, ac ad omnes alias actus necessarios et opportunos intervenire debeant, processusque per eos fabricandos, omniaque per eos facienda, eorum propriis subscriptionibus et sigillis munita, clausa per fidelem nuncium ad eamdem Sac. Rituum Congregationem transmittant, cum eorum Litteris, in quibus significetur non solum, an eis videatur, quod praedictis testibus, et eorum depositionibus sit danda fides, sed etiam expresse rescribant, an imperterrit et constanter, an rubore, pallore aliquo, an ullo denique externo alio indicio minus sincere, ed fideliter testimonium dixerint; praedictaque Sacra Congregatio dictos processus eius mandato conficiendos aperiat, seu aperiri mandet et faciat, recepto testium itramento super illius recognitione; quibus peractis, ad praedicti processus seu processuum examen et discussionem procedat, ac de omnibus S. V. relationem faciat, ut quidquid iuxta canonicas sanctiones, et S. R. E. ritum agendum sit ad Dei gloriam, et Catholicae fidei exaltationem, eadem S. V. statuere valeat cum potestate citandi et inhibendi, etiam per edictum etc. contradictoresque etc. aliaque faciendi, dicendi, gerendi et exercendi in praemissis, et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna, praemissis, nec non constitutibibus et ordinationibus apostolicis, stylo Palatii, ita ut singulis diebus, praeterquam in honorem Dei feriatis, in Causa huiusmodi procedi possit,

§ 8.
De constitutione Tribunalis.

coeterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque, statum etc. pro plene et sufficienter expressis haben. etc.

De mandato Domini Nostri Papae, eadem Congregatio Sacrorum Rituum procedat, ut petitur etc.

placet M.

§ 9.

De exhibitione ac de
aperitione huius Pro-
cessus Apostolici.

§ 10.

Antequam vero eius
declaretur validitas de
non cultu inquiritur
absque tamen Processu.

§ 11.

Tenor litterarum ad
Episcopum Antuerpien.
ut de non cultu in-
quirat.

ad cuius Commissionis formam et continentiam,
concessis per dictam Sacram Congregationem ab
anno 1637 litteris remissorialibus, ad effectum
conficiendi processum super iisdem sanctitate vi-
tae, virtutibus et miraculis in specie, illarumque
vigore confecto praedicto processu, fuit subinde
dictae Sacrae Congregationi, et in illius actis
praesentatus die 21 martii 1680, et successive
ser. ser. apertus; pro cuius validitatis declaracione
instito per procuratorem Causae in dicta Sacra
Congregatione et opponente ex adverso Rmō D.
Fidei Promotore ad id procedi non posse, nisi con-
stito de partitione decretis iussu dicti San. Mem.
Papae Urbani in Congregatione Sanctissimae In-
quisitionis super non cultu editis, placuit eidem
Sacrae Congregationi per litteras particulares
Rmō Episcopo Antverpien. directas eidem iniun-
gere, ut diligenter inquireret, absque tamen for-
matione processus super continuatione, in omni-
moda parentia Cultus cuiusvis speciei erga dictam
Servam Dei, tam circa sepulchrum, quam circa
imagines et reliquias illius, prout ex huiusmodi
literis datis Romae die 25 Iulij 1686, extractis
ex regestis literarum eiusdem Sacrae Congrega-
tionis tenoris sequentis, videlicet:

Rmō Dño Episcopo Antverpien.

Rmē Dñe uti frater.

In prosecutione Causae Beatificationis et Canoniza-
tionis Servae Dei Sororis Annae a S. Bartho-
lomaeo Ordinis Carm. discalc. excitatum fuit du-
biū, an sufficienter constet de omnimoda pari-

tione decretis SS^mae Inquisitionis super non cultu. Quamvis enim satis liqueat, confectum fuisse particularem processum in Curia Episcopali Amplitudinis Tuae, dum facta instantia de anno 1636 pro illius aperitione, et pro relatione contentorum in eo, prodiiit sub die 6 7bris rescriptum, in quo commissum fuit bon. mem. Cardinali Verospio, ut ad illius discussionem procederet, ser. ser., et postmodum anno sequenti fuit examinatus processus super fama sanctitatis in genere, obtentumque decretum, constare de praedicta fama, et deveniri posse ad inquisitionem in specie, cuius vigore concessae fuerunt litterae remissoriales, et fabricatus voluminosus processus, indeque vix haesitandum videtur, quod vere fuerit factus, et ab hac Sacra Congregatione approbatus huiusmodi processus, super non Cultu, dum iuxta praescriptum decretorum generalium non potuisset ad ulteriora procedi, quin antea de dicta partitione constitisset. Nihilominus, quia in Archivio huius Sacrae Congregationis non reperitur dictus processus, minusque reperiri potuit aliquod decretum super non Cultu, et quia in re tanti momenti cum omni maiori circumspectione procedendum est, placuit Sacrae Congregationi iniungere Amplitudini Tuae ut diligenter inquirat, absque tamen formatione processus, utrum vere, praesertim usque ad haec tempora, fuerit continuatum in omnimoda carentia cuiusvis speciei cultus erga dictam Servam Dei, tam circa sepulchrum, quam circa imagines et reliquias eiusdem, et eandem Sacram Congregationem per litteras particulares certioret.

Diuque felix et incolumis vivat. Romae 7bris 1688.

Ita reperitur in regestis literarum Congregationis
Sacrorum Rituum.

In fidem etc.

NICOLAUS MARIA TEDESCHI
Archiepiscopus Apamenus, Secretarius.

L. ☧ S.

§ 12.

Institut Postulator pro declaratione validitatis Processus Apostolici super virtutibus in specie

Rursus eodem Patre Procuratore instante pro declaratione dictae validitatis processus, eadem Sacra Congregatio, auditis litteris responsivis dicti R̄mi Episcopi Antverpien., aliisque pro verificatione dictae partitionis deductis, procedi posse censuit ad ulteriora in discussione dubii validitatis dicti processus, non obstante oppositione dicti R̄mi Promotoris ad formam decreti, seu rescripti emanati die 8 aprilis 1690, a Sanctissimo deinde approbati huius tenoris, videlicet :

ANTVERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVAE DEI

SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

FUNDATRICIS MONASTERII

ORDINIS CARM. DISCALC. S. THERESIAE

IN CIVITATE ANTVERPIEN.

§ 13.

Tenor Decreti ut ad
ulteriora in causa pro-
cedi possit, auditis lit-
teris Rev. Episcopi An-
tuerpiensis super parti-
tione Decretis Urbani
PP. VIII

Procuratore huiusmodi Causae alias instante, ac sup-
plicante in Sacra Rituum Congregatione pro di-
scussione dubii validitatis processus in partibus
fabricati super sanctitate vitae, virtutibus et mi-
raculis in specie dictae Servae Dei Sor. Annae a
S. Bartholomaeo, R̄mus D. Archiepiscopus Myren.
Fidei Promotor, opposuit non esse ad id proce-
dendum nisi constito de partitione decretis iussu
fel. rec. Papae Urbani Octavi in Congregatione
SSmiae Inquisitionis super non cultu editis; mo-
doque eadem Sacra Congregatio ad novas preces
eiusdem Procuratoris, auditis litteris responsivis
R̄mi Episcopi Antverpien. aliisque per P. Procu-
ratorem deductis, et ab Ēmo et R̄mo D. Cardi-

nali de Nortfolke Ponente relatis pro verificatione dictae partitionis, censuit posse procedi ad ulte-
riora in dicta Causa, et in discussione dubii praedicti, non obstante oppositione dicti D. Rmī Pro-
motoris, si Sanctissimo D. N. placuerit. Die 8
aprilis 1690.

Et facto de praedictis verbo cum Sanctissimo per
me Secretarium, Sanctitas Sua benigne annuit,
eisdem die, mense et anno 1690.

Ita reperitur in regestis decretorum Congregationis
Sacrorum Rituum.

In fidem etc.

NICOLAUS MARIA TEDESCHI
Archiepiscopus Apamenus, Secretarius.

L. ☧ S.

Verum cum nuper, prout expositum fuit, in dicta
civitate et dioecesi Antverpien. ad intercessionem
dictae Servae Dei ab Altissimo nonnulla fuerint
patrata miracula, ideo pro parte Postulatorum
Causae praedictae, ad effectum super iisdem in
dicta civitate et dioecesi Antverpien. processum
conficiendi, fuit eidem Sacrae Congregationi pro
concessione litterarum Remissorialium supplica-
tum, prout Sacra Congregatio praedicta petitas
literas posse concedi censuit, dirigendas Amplitu-
dini Tuae, Rmē Episcope Antverpien., vel tibi,
Vicari illius generalis, et Vobis quatuor Dignita-
tibus, seu Canonicis illius Ecclesiae Cathedralis
ab eadem Amplitudine eligendis, cum dicta tamen
clausula, quod vel eadem Amplitudo Tua, Rmē Epi-
scope, cum duabus ex dictis Dignitatibus seu Ca-
nonicis, vel eādem Amplitudine impedita, tu Vi-
cari generalis cum tribus ad minus ex iisdem Di-
gnitatibus, seu Canonicis semper procedat et as-
sistat, seu procedas et assistas constructioni dicti
processus, et cum omnibus et singulis facultatibus
necessariis et opportunis, ac termino triennii a
die infrascripti decreti inchoando ex alio decreto

§ 14.

Expetuntur Litterae
remissoriales pro con-
structione Processus
Apostolici super non-
nullis assertis miracu-
lis per intercessionem
Ven. Servae Dei patra-
tis.

§ 15.

Benigna earundem
concessio.

seu rescripto prodiito die 17 ianuarii proxime praeteriti cum subsequenti nutu et approbatione Santissimi, cuius tenor sequens est, videlicet:

ANTVERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVAE DEI

Sororis ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

§ 16.

Tenor Decreti con-
cessionis Litterarum Re-
missorialium.

Patratis nuper in civitate et dioecesi Antverpien.
ab Altissimo ad intercessionem Servae Dei Sororis Annae a Sancto Bartholomaeo praedictae nonnullis assertis miraculis, ex parte Postulatorum huiusmodi Causae, ad effectum construendi super iisdem in praefata civitate ac dioecesi auctoritate Apostolica processum, pro concessione literarum Remissorialium Rmō Episcopo Antverpien., vel eius Vicario Generali, nec non quatuor Dignitatibus, vel Canonicis illius Ecclesiae Cathedralis ab Episcopo nominandis dirigendarum, cum clausula tamen, quod vel ipse Rm̄us Episcopus cum duabus ex dictis Dignitatibus seu Canonicis, vel, eo legitime impedito, dictus Vicarius Generalis cum tribus ad minus ex iisdem Dignitatibus, aut Canonicis constructioni recensiti processus coniunctim et non divisim semper assistant, Sacrae Rituum Congregationi humillime supplicatum fuit; et Sacra eadem Congregatio, Rmō Fidei Promotore auditio, cum omnibus et singulis facultatibus necessariis et opportunis, ac termino triennii ab infrascripta die inchoando, quibuscumque decretis in contrarium disponentibus minime obstantibus, dictas litteras remissoriales iuxta petita concedi

posse censuit, si SSmo D. N. visum fuerit. Die
17 Ianuarii 1733.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis
SSmo D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne an-
nuit. Die 21 eiusdem mensis et anni 1733.

A. F. Cardinalis ZONDADARI
*Pro-prae*fectus*.*

L. ☧ S.

N. M. TEDESCHI
Archiepiscopus Apamenus
Sac. Rituum Congregationis Secretarius.

Citato itaque per unum ex SSmi Dni Nostri Papae
Cursoribus coram nobis Pro-prae*fecto* antedicto
Rmo D. Carolo Alberto Guidobono Cavalchino
Archiepiscopo Philippen. Fidei Promotore primo
ad dicendum contra dictam Commissionem, literas,
et decreta, seu rescripta prae*fata*, et deinde con-
tra positiones, et articulos in iisdem actis facto
datos, quorum copia sibi transmissa fuit, viden-
dumque illas et illos ad probandum admitti, ac
decerni et relaxari Literas Remissoriales in ista
Civitate et dioecesi Antverpien. exequendas, Ampli-
tudini Tuae, Rme D. Episcope, vel tibi, illius Vi-
cari generalis, vobisque quatuor Dignitatibus, seu
Canonicis illius Ecclesiae Cathedralis a dicta Am-
plitudine nominandis Iudicibus delegatis dirigen-
das, cum dicta clausula, quod vel eadem Amplitudo
Tua, Rme Episcope, cum duabus ex dictis Digni-
tatibus seu Canonicis, vel, ipsa Amplitudine im-
pedita, tu Vicari generalis, cum tribus ad minus
ex iisdem Dignitatibus, seu Canonicis semper as-
sistat, sive assistas constructioni Processus, cum
omnibus, et singulis facultatibus necessariis, et
opportunis ad dictum triennium duraturis, con-
cordandum de eisdem Amplitudine, vel Vicario
generali, nec non de Dignitatibus, seu Canonicis

§ 17.

Expeditio Litterarum
remissorialium.

§ 18.

Constitutio Tribunalis.

eligendis, termino et loco praedictis, ac loco loci, et portatore, constituendumque per acta infrascripti Notarii, Cancellarii et Archivistae aliquem seu aliquos Fidei Subpromotorem, seu Subpromotores qui in partibus commode citari possint, ac examinibus testium, et processui praedictis intersint, dandum interrogatoria in eisdem Literis includenda, alias videndum fieri processum per affixionem ad valvas maioris, vel aliarum Ecclesiarum dictae Civitatis et dioecesis, testes examinari, dictasque litteras expediri, claudi, et sigillari mandari absque dictis interrogatoriis, et quodcumque decretum desuper necessarium et opportunum fieri et interponi ad infrascriptam diem; qua adveniente et in dicto citationis termino comparuit in iudicio legitime coram nobis Propraefecto antedicto Rev. Pater fr. Eustachius a S. Maria Causae procurator, prout in actis, et facto produxit positiones et articulos in calce praesentium registrandos, et petiit, prout in dicta citatione continetur.

Nosque Antonius Felix Cardinalis Zondadarius Propraefectus antedictus considerantes aequum et christiana religione dignum Dei gloriam, quae in Servis suis resplendet, manifestam fieri, volentesque ea, quae a Sancta Sede Apostolica committuntur, quaeque in dicta Sacra Congregatione statuta sunt debitae executioni demandare, dictae Commissionis, et novissimi Decreti, seu rescripti formam insequendo, eosdem Articulos ad probandum admisimus, si, et in quantum de iure admitti debent, et sine praeiudicio impertinentium, et non admittendorum, testes inducendos super illis examinari mandavimus, Litterasque Remissoriales cum facultatibus necessariis et opportunis ad dictum triennium a die concessionis dictarum litterarum incipiendum duraturis; Amplitudini Tuae, Rmne Dñe Episcope, vel tibi, eius Vicari generalis, vobisque Dignitatibus, seu Canonicis, ut supra nominandis modo et forma praedictis pro ista Civitate et dioecesi Antverpien., dirigendas ad formam

§ 19.

Comparitio Postulatoris Causae, qui articulos exhibuit, ac testes examinari petiit.

§ 20.

Petitioni annuit Cardinalis Propraefectus.

novissimi decreti, seu rescripti Sacrae Congregationis decrevimus, et relaxavimus, ac expediri claudi et sigillari mandavimus, et ad illas exequendas eamdem Amplitudinem, vel eius Vicarium generalem, easdemque quatuor Dignitates, seu Canonicos, ut supra eligendos in Iudices, dictasque Civitatem et dioecesim Antverpien. pro loco, et locis, pro loco vero loci, seu locis locorum, locum et loca per ipsam Amplitudinem, vel eius Vicarium generalem, ipsasque Dignitates seu Canonicos pro huiusmodi litterarum executione ibidem deputanda, Portitoremque pro asportatione deputavimus, iniungendo tamen iuxta dispositionem novissimorum decretorum eiusdem Sacrae Congregationis, quod ante inchoationem processus eadem Amplitudo Tua, R̄me Episcope, iidemque Vicarius illius generalis, Dignitates et Canonici eligendi iuramentum in eodem processu omnino describendum et adnotandum praestent de servando secretum religiose, sub poena excommunicationis ipso facto incurrandae in casu contraventionis, sequenti forma in eisdem decretis praescripta, videlicet:

Ego N. (tacto pectore quoad Amplitudinem Tuam, R̄me Episcope, quo vero ad vos Vicarium generalem, Dignitates seu Canonicos, tactis Sacrosanctis Dei Evangelii) iuro et promitto fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem processus in Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo iuxta formam Decretorum Sac. Rituum Congregationis, et praecipue novissimorum, quae confirmata fuere a S. M. Innocentio Papa XI; nec non iuro et promitto religiose servare secretum, tam de contentis in interrogatoriis, quam de testium depositionibus super iisdem et super articulis, nec de iis loqui cum aliqua persona (exceptis aliis Iudicibus, Subpromotoribus, et Notario pro eodem processu deputatis, sub poena periurii et excommunicationis latae sententiae, a qua nonnisi a

§ 21.

Formula iuramenti a
R̄mo Episcopo vel a iu-
dicibus praestandi.

Summo Pontifice (excluso etiam maiori Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo absolvi possum; et ita promitto, et iuro, sic me Deus adiuvet (subiungendo Vos Vicari generalis, Dignitates seu Canonici) et haec Sancta Dei Evangelia.

Quapropter Amplitudinem Tuam, Rmē Dñe Episcope, vel te, illius Vicari generalis, vosquē Dignitates seu Canonicos eligendos, de quorum fide, integritate, zelo religionis, perpetuaque et debita erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientia plurimum in Domino eadem Sacra Congregatio confidit et Nos quoque confidimus, requirimus et monemus, eisdemque etiam Apostolica qua dicta Sacra Congregatio, et Nos fungimur in hac parte, ac eiusdem Sacrae Congregationis ordinaria auctoritatibus committimus et mandamus, ut vel Amplitudo Tua, Rmē Dñe Episcope, cum duabus ex dictis Dignitatibus seu Canonicis, ut supra eligendis, vel, ipsa Amplitudine impedita, dictus eius Vicarius generalis cum tribus ad minus ex eisdem Dignitatibus seu Canonicis simul et coniunctim, et non alias aliter, nec alio modo, vice eiusdem Sacrae Congregationis, et nostra in singulis actis procedentes et pro tribunali sedentes intra dictum triennium ut supra praefixum omnes et singulos testes, scripturas, iura, instrumenta, monumenta et alia quaevis probationum genera, qui, et quae coram eisdem Amplitudine, et Vicario generali, ac Dignitatibus seu Canonicis, per quos praesentes exequentur in dicta Civitate et dioecesi Antverpien. induci, produci, et exhiberi contigerit a personis legitima mandata procurae habentibus recipient, et admittant, et primo iuxta interrogatoria per dictum Rñum D. Fidei Promotorem hic in Curia data, et praesentibus nostris adiuncta clausa, et sigillata, non aperienda, nisi coram eisdem praesentium literarum Iudicibus executoribus supra delegatis in actu examinis, denuoque claudenda et obsignanda eorum sigillis in fine cuiuslibet Sessionis examinis testium, prout simili modo claudi, obsignari et

§ 22.

Triennium constituitur ad construendum et absolvendum Processum.

§ 23.

De examine Testium a Postulatore inductorum.

aperiri debebunt ipsorum testium depositiones (exprimendo singillatim in eodem processu actus aperitionis et clausurae huiusmodi) sicque clausa et obsignata cum eisdem testium depositionibus retinenda usque ad totalem perfectionem processus, et deinde super dictis positionibus et articulis in Ecclesiis, oratoriis, piisque locis, et in loco respective cuiuslibet ex eisdem locis, et quoad infirmos vel alios legitime impeditos, in aliis quibuscumque locis per eosdem Iudices executores deputandis et semper exprimendis, tam in citationibus contra eosdem testes, et Fidei Subpromotorem, seu Sub-promotores a dicto R̄mo D̄no Promotore nominandum, seu nominandos, exequendis, quam in iuramentis ab eisdem testibus praestandis, et examinibus ab eis faciendis, testes ipsos omnes, et singulos diligenter examinent, recepto tamen prius in manibus praesentium literarum Iudicum executorum ab eisdem testibus cuiuscumque status, gradus, conditionis et sexus existant, etiam sacerdotibus (exceptis Episcopis) tactis Sacrosanctis Dei Evangeliiis, et non alias, iuramento, non solum de veritate dicenda de iis, super quibus examinabuntur, verum etiam de servando secretum, sub poena excommunicationis ipso facto incurrandae, in casu contraventionis, iuxta formulam sequentem in dictis novissimis decretis quoque traditam, videlicet:

Ego N. (exprimendo nomen et cognomen) tactis Sacrosanctis Dei Evangeliiis coram me positis, iuro dicere veritatem tam super interrogatoriis, quam super articulis, super quibus examinabor, nec non servare secretum, nec aliqui penitus revelare tam contenta in iisdem interrogatoriis, quam responsiones et depositiones a me faciendas, sub poena periurii, et excommunicationis latae sententiae, a qua nonnisi a Summo Pontifice, (excluso etiam maiori Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo, absolvi possim, et ita promitto, et iuro;

§ 24.

Formula iuramenti a
Testibus emitendi.

§ 25.

De examine testium
ex officio.

sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Completo vero examine testium a Procuratore Causae inducendorum, alios testes de assertis miraculis instructos, ab eisdem Iudicibus praesentium executoribus ex officio, prout in dictis novissimis decretis disponitur, inducendos pari modo examinent iuxta dicta interrogatoria R̄mi D̄ni Fidei Promotoris, et praevio iuramento veritatis dicendae, et secretum servandi ab eis ad formam supra expressam, praestando in actu examinis; eademque testium iuramenta, nec non depositiones, et dicta excipient, et per fide dignum Notarium publicum Apostolicum, sive Ecclesiasticum per eosdem Iudices executores deputandum, dummodo non sit ex Ordine, quem Serva Dei dum vixit, professa fuit, etiamsi privilegiis Protonotarii Apostolici, et aliis quibuscumque favore suae religionis fuerit insignitus, sub poena nullitatis processus ipso facto incurenda absque ulla declaratione, et non alias etc., qui Notarius sic deputatus in manibus eorumdem Iudicum executorum, tactis Sacrosanctis Dei Evangelii de fideliter officium suum exercendo, et secretum servando iuxta formulam super hoc eisdem Iudicibus traditam, mutatis tamen mutandis, praestet pariter iuramentum etiam in processu registrandum, in scriptis redigi faciant. Animadvertisendo, quod testes nequaquam se referant ad attestaciones alias redditas, neque illis recitentur ea, quae alias ipsi deposuerunt, sed quaecumque habent explanate, et per extensum deponant. Coetera vero processus acta, aliasque scripturas et iura, ut praefertur, exhibenda, in loco solitae audentiae eorumdem Iudicum seu alio ab eis deputando, recipient; si autem testes praedicti sese examini subiicere distulerint aut recusaverint, ad ipsos se examini subiiciendum sub censuris, et poenis canonicis, iurisque et facti remedii opportunis, omni et quacumque appellatione postposita, cogant et compellant. Utque praedicta omnia

liberius executioni demandari possint, nuncium
seu nuncios pro citationibus aliisque mandatis exe-
quendis, recepto prius ab eis iuramento de fideliter
officium suum exercendo, similiter deputent.
Completoque processu, dictorum testium deposi-
tiones, et dicta nec non citationes, acta, et acti-
tata quaecumque, omniaque iura producta fide-
liter transcribi et transumptari, et coram eisdem
Iudicibus executoribus, adhibito alio Notario, qui
tamen non sit illius Ordinis, quem Serva Dei, dum
vixit, professa fuit, qui iuramentum pariter prae-
stet, de fideliter munus suum exercendo, ut de
alio Notario ad Causam deputando, dictum est,
transcriptionem, et transumptum huiusmodi cum
suis originalibus auscultari, collationari et con-
cordari faciant, et proinde eamdem transcriptio-
nem et transumptum ab eisdem Iudicibus execu-
toribus subscriptum, eorumque sigillis ab intra
munitum, et in publicam authenticamque formam
redactum, cum subsequenti attestatio Notarii
Actuarii super recognitione subscriptionum et si-
gillorum eorumdem Iudicum, describendo etiam
formam et qualitatem dictorum sigillorum, cum
legalitate in fine et attestatio Amplitudinis
Tuae, R̄me Dñe Episcope, tam super approbatione
manus, subscriptionis et signi dicti Notarii, quam
super identitate subscriptionum et sigillorum alio-
rum Coniudicum, propria manu firmata, proprioque
sigillo munita ab intra, clausumque, et ab extra
sigillo tantum eiusdem Amplitudinis Tuae, R̄me
Episcope, obsignatum, nuncio seu Portitori cum
iuramento et obligatione de fideliter asportando
ab eisdem Iudicibus, per quos praesentes exequentur,
deputando, tradant atque consignent, et ad eam-
dem Sacram Congregationem, et Nos transmitti
et asportari current, significantes eidem Sacrae Con-
gregationi et Nobis non solum generaliter, quae
fides testibus examinatis sit adhibenda, sed etiam
particulariter super iis, quae per eosdem testes
deposita fuerunt, et an in deponendo iidem Iu-

§ 26.
De electione cursoris.

§ 27.
Transcriptio actorum.

§ 28.
De eorum collatione.

§ 29.
De electione Porti-
toris.

§ 30.
De litteris Iudicum
Delegatorum.

dices aliquid viderint seu animadverterint, per quod eorum depositio suspecta reddatur.

Decernimus tamen et volumus, quod in omnibus actis coram Iudicibus praesentium executoribus, ac alias circa praemissa faciendis citetur aliquis ex Subpromotoribus per dictum R̄mum D. Fidei Promotorem nominandis in plico suarum literarum una cum praesentibus transmittendo, pariterque decernimus irritum et inane, quidquid contra formam praesentium nostrarum litterarum scienter vel ignoranter fuerit executum, eidemque SS̄mo D. N. Papae, seu dictae Sacrae Congregationi reservamus absolutionem omnium et singulorum, qui dictas poenas et censuras incurrerint.

Pro praemissis autem omnibus et singulis exequendis tales diligentiam, curam et fidem Amplitudinem Tuam, R̄me Episcope, vel dictum eius Vicarium generalem, dictasque Dignitates, seu Canonicos Iudices executores adhibituros speramus, quales gratiam ab eadem Sacra Congregatione, et retributionem laboris ab Altissimo pro Servis Suis valeant ipsis comparare.

In quorum testimoniūm praesentes manibus nostra, et infrascriptorum RR. PP. DD. Secretarii et Protonotarii dictae Sacrae Congregationis firmatas, sigilloque Ēmi et R̄mi D̄ni Cardinalis de Marinis dictae Sacrae Congregationis Praefecti munitas per acta infrascripti eiusdem Sacrae Congregationis Notarii, Cancellarii et Archivistae iussimus et fecimus expediri.

Romae ex aedibus Nostris anno a Nativitate SS̄mi D. N. Iesu Christi 1733, Indictione XI, die vero XI mensis martii, Pontificatus SS̄mi in eodem Christo Patris, et D. N. D. Clementis divina prouidentia Papae XII, anno tertio.

NUM. II.

**Litterae R. P. D. Promotoris Fidei ad
Promotorem Fiscalem Curiae Epi-
scopalis Antverpiensis.**

(*Proc. fol. 35.*)

PERILLUSTRIS ET ADM. RDE DNE

Alias fel. rec. Benedictus Papa decimus tertius per speciales litteras in forma Brevis Nobis directas, in actis Notarii Sacrae Rituum Congregationis productas, pro regimine Causarum Servorum Dei, pro quorum Beatificatione et Canonizatione instatur, deputavit Nos in Fidei Promotorem cum decreto inter coeteras facultates Nobis tributas, quod in omnibus processibus super dictis Causis in posterum faciendis, et in singulis eorum actis, tamquam pars formalis, et ad instar Commissarii Camerae Apostolicae et Fisci Procuratoris citari deberemus, et quod in eorum confectione, tam in Romana Curia, quam extra eam in quilibet orbis terrarum parte, coram quibuscumque Dñis Iudicibus, et Delegatis per Nos, seu Subpromotorem cum facultatibus, quae opportuuae videbuntur, a Nobis deputandum intervenire valeremus; cum autem in Causa Antverpien. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum conficiendus sit Processus in Civitate et dioecesi Antverpien. super nonnullis assertis miraculis ad illius intercessionem ab Altissimo patratis, vigore Litterarum Remissorialium per Sacram Rituum Congregacionem concessarum, directarum Rmō Dño Episcopo

§ 1.

Tenor litterarum R.
P. D. Promotoris Fidei
ad Promotorem Fiscalem
Curiae Episcopalis
Antuerpien.

Antverpien. vel eius Vicario generali, et quatuor Dignitatibus seu Canonicis illius Ecclesiae Cathedralis a dicto Rmō Episcopo eligendis cum clausula, quod vel ipse Rm̄us Episcopus cum duabus ex dictis Dignitatibus seu Canonicis, vel, eo legitimate impedito, dictus Vicarius generalis cum tribus ad minus ex iisdem Dignitatibus seu Canonicis coniunctim et non divisim semper procedant, et assistant constructioni Processus iuxta formam Decreti dictae Sacrae Congregationis in eius actis nuper producti.

§ 2.

Delegatio in Subpromotorem.

Cumque Nos negotio huiusmodi ob magnam distan-
tiam et graves occupationes intervenire minime
valeamus, de tua pietate, doctrina, experientia et
religionis zelo plurimum in Domino confisi, Te
Dominum Promotorem Fiscalem Curiae Episco-
palis Antverpien., sive alterum a Rm̄is Dñis Iu-
dicibus delegatis deputandum in vim facultatis
Nobis tributae nominamus et deputamus in Sub-
promotorem Fidei ad huiusmodi negotium tantum,
cum hoc, quod in quolibet actu citari et inter-
venire debeas, ad hoc ut processus, cum sit res
maximi momenti, omni cum integritate fiat.

§ 3.

De munere quo fungi
ille debet.

Insuper cum iuxta novissima Decreta praescripta sit
nova forma in hisce processibus servanda, ut in
§ 3. sub sequenti tenore ult.: « Tertio et pro ma-
iori cautela praescribi debeat, quod non solum
« interrogatoria retineantur semper clausa et si-
« gillata cum sigillis eorundem Iudicium non ape-
« rienda nisi in actu examinis, et claudenda in
« fine, sed ulterius depositiones ipsae, antequam
« processus sit absolutus, in fine cuiuslibet sessio-
« nis claudi et signari debeant cum sigillis Iu-
« dicum, nec possint aperiri nisi in praesentia
« ipsorum in principio cuiuslibet examinis, et ses-
« sionis, ac huiusmodi diligentiae fieri debeant
« etiam in processibus faciendis in Curia ; iidem-
« que Iudices, prout etiam Subpromotores, et No-
« tarius, tam in partibus, quam in curia etiam
« Protonotarius debeant ante inchoationem proces-

« sus praestare iuramentum de servando secretum religiose, sub poena excommunicationis ipso facto, in casu contraventionis, incurrande, iuxta formulam eiusdem iuramenti imprimendam in fine Decretorum, et pro omnimoda observantia transmittenda Iudicibus delegatis in ipsis litteris Remissorialibus, et Subpromotoribus in litteris Promotoris ».

Cumque etiam circa iuramentum praestandum, tam a Iudicibus, et Subpromotore, quam a testibus in eisdem novissimis decretis tradita sit nova formula, quae respectu Iudicium et testium inserta fuit in litteris remissorialibus, et respectu Subpromotoris est ea quae sequitur. « Ego infrascriptus, tactis Sacrosantis Evangelii coram me positis, iuro, et promitto fideliter adimplere munus mihi commissum circa fabricationem processus in Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo Monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum iuxta formam decretorum Sacrae Rituum Congregationis, et praecipue novissimorum, quae confirmata fuerunt a San. Mem. Innocentio Papa XI; nec non iuro et promitto religiose servare secretum, tam de contentis in interrogatoriis, quam de testium depositionibus super iisdem, et super articulis, nec de iis loqui cum aliqua persona (exceptis Iudicibus et Notario pro eodem processu deputatis) sub pena perjurii, et excommunicationis latae sententiae, a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam maiori Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo, absolvvi possim; et ita promitto et iuro; sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia ».

Cumque demum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XII per speciale Decretum editum 18 augusti 1731 expresse prohibuerit, ne in quibuscumque processibus Causarum Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei in posterum conficiendis, pro eis scribendis et actitandis assumantur.

§ 4.

Formula iuramenti a Subpromotore praestandi.

tur Notarii Religiosi eiusdem Ordinis, quem Servi Dei, dum vixerunt, professi sunt, etiam si iidem religiosi privilegiis Protonotariorum Apostolico-rum, aut aliis quibuscumque favore suae Religionis et Ordinis fuerint insigniti, sub poena nullitatis eorumdem processuum statim ipso facto, et absque ulla declaratione incurrenda, idcirco curare debebis, ut predicta omnia exacte serventur, prout etiam Tibi curae sit, iniungimus, ut post completum examen testium a Procuratore Causae inductorum alii testes bene iuncti ex officio debeant examinari a Iudicibus delegatis iuxta Interrogatoria transmissa, et postquam processus completus et exemplatus fuerit, eius exemplar clausum et sigillatum ad Sacram Congregationem Rituum transmittatur, et processus originalis omniaque acta originalia clausa et sigillata ad Archivum Episcopale asportentur, ut in eo asserven-tur et fideliter custodiantur.

Circumspectionem Tuam interea rogantes, ut ad Dei gloriam, et S. Matris Ecclesiae exaltationem munus hoc Tibi demandatum libenter suscipias, ac diligentia et doctrina, quibus polles, sollicite et fideliter exequaris, ut non solum ab Altissimo retributionem, sed etiam ab eadem Sacra Congregatione gratiam et benevolentiam consequi valeas, et Nos beneficii memores tibi iugiter futuros esse pollicemur.

Circumspectionis Tuae Illustris et adm. R.dae

Romae 14 Martii 1733.

Inferius habebatur.

Ad servitia paratissimus
CAROLUS ALBERTUS GUIDOBONUS CAVALCHINUS
S. Fidei Prom.

NUM. III.

**Supplex libellus Postulatoris Causae
R.mo Episcopo Antverpiensi exhibi-
tus atque eiusdem Rescriptum
pro constructione Processus.**

(*Proc. fol. 3 terg.*).

ILLUSTRISIME ET REVERENDISSIME DOMINE

F. Michael a S. Iosina Procurator specialiter constitutus a Rmo Patre Nostro Roberto a S. Anna Generali Ordinis fratrum Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Sancti Eliae (quemadmodum constat ex instrumento Mandati Procurae quod exhibet), Orator humillimus Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae, reverenter exponit eidem Dominationi Illustrissimae et Reverendissimae, suoque Illustrissimo Domino Vicario generali, necnon quatuor ex Dignitatibus et Canonicis huius Ecclesiae Cathedralis, per Sacram Rituum Congregationem directas esse Litteras Remissoriales ad effectum construendi in hac Civitate Antverpiensi Processum Auctoritate Apostolica super novis miraculis nuper ab Altissimo per intercessionem Venerabilis eius famulae Sororis Annae a S. Bartholomaeo Ordinis Carmelitarum Discalceatorum patratis, quae clausae, ob-signataeque reperiuntur in adiuncto plico, sigillo Eminentissimi ac Rmi Dni Cardinalis eidem Sacrae Rituum Congregationi Praefecti, prorsus intacto, nec in ulla parte vitiato. Illum itaque supradictus orator Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestrae, ac Vobis Illustrissimo Domino Vicario generali perhumiliter repraesentat,

§ 1.

Tenor supplicis libelli Postulatoris Causae ad Rnum Episcopum Antuerpiensem.

eumdemque recipi, aperiri, atque contenta in eo mandari exequi supplicat et exposcit: ad hunc vero effectum primo loco per Vos, Illustrissime et Reverendissime Domine Episcope, quatuor ex praedictis RR̄mis Dignitatibus et Canonicis huius Cathedralis Ecclesiae, quorum saltem duo simul cum Dominatione Vestra Illustrissima et Reverendissima, vel, ea legitime impedita, tres ex iis simul cum Illustrissimo Domino Vicario generali in huiusmodi Processu fabricando procedant et assistant, secundum ipsarum litterarum tenorem deputari et eligi postulat etc. de gratia.

Illustrissimus autem ac Reverendissimus Dominus Episcopus huiusmodi libellum supplicem cum dicto plico, ac praefato Procurae mandato recipiens, eadem omnia mihi Notario coram supradictis testibus tradidit, meque scribente in calce eiusdem supplicationis ita rescripsit atque decrevit.

§ 2.

Tenor Rescripti Episcopi pro constructione Processus.

Nos Carolus d’Espinola Episcopus Antverpiensis Litteras Remissoriales in hac supplicatione praelibatas Sac. Rituum Congregationis ita clausas et obsignatas debita cum reverentia recipientes, atque precibus antedictis annuentes, et ad illarum executionem (sicuti par est) obsequenter procedere volentes, mandamus pro die 27 huius hora secunda pomeridiana citari Dominum Promotorem Fiscallem Nostrae Episcopalnis Curiae pro tunc, ad comparendum in hunc nostrae solitae audientiae locum, nec non ad videndum per Nos ad formam inscriptionis extrinseciae dicti plici quatuor ex RR̄mis Dignitatibus et Canonicis huius Ecclesiae Cathedralis in Coniudices eligi ac deputari; ipsisque deinde de titulis uniuscuiusque Dignitatis vel Canonicatus prius docentibus, ac nobiscum intervenientibus, ad videndum dictum plicum prius ab extra recognosci pro integro, nec in ulla parte vitiato; subindeque illum aperiri, atque litteras (ut dicitur) in eo contentas perlegi; ad illarum formam iurisdictionem per Nos et eos acceptari; nec non ad ipsarum omnimodam executionem

mandari procedi; etc. insuper ad recipiendum alium plicum literarum R̄mī Dñi Fidei Promotoris ei directum, deputari Notarium, qui conficiendi processus acta conscribat; eligi Cursores, qui citationes et alia quaecumque fideliter exequantur; destinarique dies, horas, et loca, locorumque loca tam pro audiētiis, quam pro iuramentis et examinibus testium recipiendis, aliaque fieri videntur, in eadem citatione specificanda quomodolibet necessaria et opportuna; praeterea que mandamus interim de his omnibus et singulis instrumentum publicum confici; ac in eo praesentem supplicem libellum, una cum hoc nostro rescripto sive decreto, et cum dicto comparentis mandato procuraee, ipsoque plico ita clauso et obsignato inseri; registrando istius exteriorem inscriptionem; et ita etc. omni etc. Datum in palatii nostri episcopalis loco audiētiae consueto, die 22 Februario 1734. Et erat signatum.

F. CAROLUS
Episcopus Antverp.

F. H. STEVENS
Vicarius Generalis.

I. ENGELGRAVE
pbr. Can. Not. Ap.licus

IACOBUS VAN DE VELDEN
testis

ANTONIUS VAN ELSWYCK
testis

NUM. IV.

Legitimum Procurationis mandatum.*(Proc. fol. 4 terg.).*

IESUS MARIA.

§ 1.

Tenor mandati Pro-
curae.

Fr. Robertus a S. Anna Praepositus generalis Carmelitarum discalceatorum Congregationis S.ti Eliae Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo, ac eiusdem Sancti Montis Prior, omnibus praesentes has literas nostras inspecturis seu lecturis in Domino salutem.

Auctoritate Definitorii nostri Generalis nobis concessa per praesentes declaramus, et omni meliori modo, quo possumus, constituimus Procuratorem pro his Belgicis ditionibus iu Causa Beatificationis Venerabilis matris Annae a S. Bartolomaeo Revm. Patrem Fratrem Michaelem a S. Iosina huius provinciae nostrae Flandro-Belgicae Sacerdotem professum, nec non Sacrae Theologiae Praelectorem, illique hoc speciali nostro chirographo committimus supradictam Causam Beatificationis praedictae Servae Dei Venerabilis matris Annae a S. Bartolomaeo, concedentes ei ad hunc finem omnes facultates, quae in similibus concedi solent, ita ut coram quorumque Iudice, et pro quavis Causa Beatificationis praedictae comparere, et agere possit et valeat nomine nostro, omniaque alia tam in formandis processibus, quam informationibus capiendis praestare quae nos ipsi facere possemus.

In quorum fidem praesentes propria manu subscripsimus, ac sigillo officii nostri muniri mandavimus.

Datum Bruxellis in Conventu nostro Bñae Virginis Mariae de Monte Carmelo, hac die 11 Iunii Anno Domini 1732. Et erat signatum

Fr. NORBERTUS a S. ANNA
Praepositus Generalis.

Inferius habebatur

Fr. MARCHUS a CRUCE
Secretarius.

NUM. V.

Iuramentum de Calumnia a Causae Postulatore praestitum.

(*Proc. fol. 2 terg.*).

Ego Fr. Michael a S. Iosina Ord. Fr. Carmelitarum discalceatorum Procurator in Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Ancillae Dei Sororis Annae a S. Bartholomaeo Ordinis Carmelitarum Excalceatorum specialiter constitutus, tam proprio quam Rñi Patris Fratris Norberti a S.ta Anna, Praepositi generalis, ac Definitorum Generalium Ordinis nostri Congregationis S. Eliae, meorum principalium nomine, tactis hisce Sacrosanctis Dei Evangelii coram me positis iuro, quod credo habere causam iustum; quod non utar falsis probationibus: quod si interrogatus fuero respondebo veritatem de iis, quae scio; quod non corrumpam Iudices, neque testes, quodque non petam frustatoriam, neque malitiosam dilationem; propterea que iuro, et promitto, me non accessisse, nec acces-

§ 1.

Tenor iuramenti de calumnia a Postulatore praestiti.

surum ad istam Causam, istumque Processum, nec ad aliquem illius actum, odio, timore, amore, lucro, sive quovis alio respectu humano, sed solo zelo honoris et gloriae Dei, qui magnificatur, et laudabilis est in Sanctis suis; et hanc intentionem dumtaxat habere quoque dictos meos principales, qui dederunt mihi mandatum Procurae, pro quibus, et in quorum animas, et respective in animam propriam, cum omnibus et singulis aliis clausulis in et sub Calumniae iuramento contentis, et expressis iuro; sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

F. MICHAEL A S. IOSINA
Procurator Causae.

NUM. VI.

**Supplex libellus novi
Postulatoris Causae.**

(*Proc. fol. 125 terg.*).

§ 4.

Tenor supplicis libelli novi Postulatoris Causae.

Illustrissime et Reverendissime Domine Carole de Espinola Episcope Antverpiensis, Illustrissime Domine Francisce Henrice Stevens eiusdem Illustrissimi Domini Vicarie generalis, ac coeteri Reverendissimi Domini Arnolde Briers, Francisce Godefride Ullens, Henrice de Quickelberghe, Guilielme Laurenti Engelgrave, Cathedralis Antverpiensis Canonici, ac in Causa Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sororis Annae a S. Bartholomaeo Iudices a Sacra Rituum Congregatione delegati etc.

Fr. Agathangelus a S. Roberto ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum Procurator specialiter constitutus a Reverendo Patre Roberto a S. Anna ex generali et Rectore ad S. Pancratium extra muros

Urbis ex auctoritate Reverendissimi Patris Marcelli a S. Anna Praepositi generalis, eiusque Venerabilis Definitorii Generalis (quemadmodum constat ex instrumento mandati Procurae, quod exhibet), orator humillimus Illustrissimarum ac Reverendissimarum Dominationum Vestrarum, reverenter exponit eidem Dominationi Illustrissimae et Reverendissimae, Suoque Illustrissimo Domino Vicario Generali, nec non Reverendissimis Dominis Canonicis a Sacra Rituum Congregatione Iudicibus Delegatis in Causa supradicta, Reverendum Patrem Michaëlem a S. Iosina Priorem Conventus nostri Dunkerkani propter diutinam absentiam a suo Conventu non sine pluribus inconvenientiis, et forte non sine gravi damno spirituali et temporali sui Conventus, ulterius non posse agere officium Procuratoris in Causa supradicta: quapropter supradictus orator perhumiliter se praesentat ad praedictam functionem exequendam, ad quam ab Illustrissimis ac Reverendissimis Dominationibus Vestris admitti supplicat et postulat, etc. de gratia.

NUM. VII.

Novum mandatum procurationis.

(*Proc. fol. 126*).

IESUS ☧ MARIA

Fr. Marcellus a Sancta Anna Praepositus Generalis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis S. Eliae, Ordinis Bñae Virginis Mariae de Monte Carmelo, ac eiusdem Sancti Montis Prior, omnibus praesentes has nostras Litteras inspecturis, seu lecturis, in Domino salutem.

§ 1.
Tenor novi mandati
Procurationis.

Cum Definitorium nostrum Generale habitum sub

die 9 currentis mensis Iulii deputaverit Revmum Patrem Nostrum Fratrem Robertum a S. Anna Congregationis Nostrae Ex Generalem in Postulatorem Causae Beatificationis Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo; Nos in sequelam huius actus praedictam deputationem confirmamus, illique hoc speciali Nostro chirographo Causam Beatificationis praedictae Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo committimus, ac omnes facultates, quae in similibus concedi solent, conferimus: ita ut coram quocumque Iudice, et pro quavis Causa Beatificationis praefatae tam in formandis processibus, quam informationibus capiendis comparere et agere possit, et valeat nomine Nostro, omniaque alia praestare quae Nos ipsi facere possemus, concedentes insuper eidem facultatem substituendi tam in partibus quam in Curia unum vel plures Procuratores sive Regulares, sive saeculares prout expedire iudicaverit.

In quorum fidem praesentes propria manu subscriptas, ac sigillo officii Nostri munitas dedimus Romae in Conventu Nostro Sanctae Mariae de Scala hac die 10 Iulii anno Domini 1734. Et erat signatum.

Fr. MARCELLUS A S. ANNA
Praepositus gñalis.

Inferius habebatur.

Fr. CAROLUS HYACINTHUS A IESU MARIA
Secretarius.

NUM. VIII.

**Litterae revocationis et substitutionis
mandati Procurationis.**

(Proc. fol. 126).

I. ☧ M.

Fr. Robertus a Sancta Anna Ex-generalis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis S. Eliae Ordinis Bñae Virginis Mariae de Monte Carmelo ac Seminarii Nostri missionum S. Pauli ad Sanctum Pancratium Romae extra muros Rector, omnibus praesentes has litteras Nostras inspecaturis in Domino salutem.

Cum Definitorium Nostrum Generale habitum sub die 9 mensis Iulii anni currentis Nos deputaverit in Postulatorem Causae Beatificationis Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo, ac R.dus Adm. Pater Marcellus a S. Anna Congregationis Nostrae Praepositus Generalis deputationem praedictam confirmaverit, nobisque speciali suo chyrographo Causam praedictae Beatificationis Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo commiserit, ac omnes facultates, quae in similibus concedi solent, contulerit, ita ut coram quocumque Judice, et pro quavis Causa praedictae Beatificationis tam informandis processibus, quam informationibus capiendis, comparere et agere possimus et valeamus omniaque alia praestare quae ipse auctoritate sua facere posset, concedens insuper nobis facultatem substituendi tam in partibus quam in Curia unum vel plures Procuratores sive Regulares sive saeculares, prout patet ex instrumento desuper emanato a praefato Admodum R.do Patre Nostro Praeposito Generali subscripto, suoque sigillo munito

§ 1.

Tenor litterarum re-vocationis et substitu-nis mandati procura-tionis.

sub die 9 Iulii 1734. Nos qui superioribus annis in maioribus constituti auctoritate officii ac Definitorii Nostri Generalis in praefata Causa Procuratorem constitueramus P. F. Michaelem a S. Iosina tunc S. Theologiae Lectorem in Conventu Nostro S. Ioseph Antverpiae: habita notitia quod officium Prioris Conventus Nostri Dunkerkani, ad quod praecedenti anno praefatus Pater assumptus est, non patiatur sine praeiudicio boni temporalis et spiritualis diuturniorem illius absentiam, precibus ipsius, ac aliorum inclinati, bono praememorati Conventus attendere volentes ex commissione R. Adm. Patris Nostri Praepositi et Definitorii Nostri Generalis mandatum alias a Nobis in Causa Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo Beatificationis ipsi datum per praesentes revocamus, et denominamus P. F. Agathangelum a S. Roberto huius Causae in Ditionibus Belgicis Procuratorem, cui conferimus omnem et eamdem auctoritatem nobis a R.do Adm. Patre Nostro Praeposito et Definitorio Nostro Generali concessam. In quorum fidem praesentes propria manu subscriptas et sigillo officii Nostri munitas dedimus, in Seminario Nostro Missionum S. Pauli ad S. Pancratium extra muros Romae, hac die 11 Septembris Anno Domini 1734. Et erat signatum.

Fr. ROBERTUS A S. ANNA.

Paulo inferius.

Fr. IACOBUS A S. HENRICO
Secretarius.

Ad calcem vero habebatur.

Ego infrascriptus nomine mei et totius Nostri Definitorii Generalis approbo revocationem Procurationis datae in Causa Venerabilis Matris Annae

a S. Bartholomaeo, in favorem Patris Fr. Michaelis a S. Iosina, nunc Prioris Conventus Dunkerkani, simulque confirmo denominationem P. Fratris Agathangeli a S. Roberto in eiusdem Causae Procuratorem, factam a R.do Patre Nostro Roberto a S. Anna, in hac Causa Generali Commissario rite deputato a Nostro Definitorio Generali, volumusque tam revocationem, quam novam denominationem esse eiusdem auctoritatis, ac si per Nos ipsos, et Nostrum Definitorium fuisserent factae.

Datum Romae in Conventu Nostro S. Mariae de Scala, die 11 Septembris 1734.

Et erat signatum.

Fr. MARCELLUS A S. ANNA
Praepositus Generalis.

NUM. IX.

Iuramentum de Calumnia a Causae novo Postulatore praestitum.

(*Proc. fol. 127 terg.*).

Ego F. Agathangelus a S. Roberto Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Conventus Antverpiensis Religiosus Presbyter, Procurator in Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Annæ Dei Sororis Annae a S. Bartholomaeo Ordinis Carmelitarum Excalceatorum specialiter constitutus, tam proprio, quam R.di Adm. Patris Marcelli a S. Anna Ordinis nostri Praepositi Generalis, ipsiusque Definitorii Generalis, nec non R.di Adm. Patris Roberti a S. Anna ex Generalis meorum Principalium nomine, tactis hisce Sacrosanctis

§ 1.

Tenor iuramenti de calumnia a Causae novo Postulatore praestiti.

Dei Evangelii coram me positis iuro, quod credo habere Causam iustum; quod non utar falsis probationibus; quod si interrogatus fuero respondebo veritatem de iis, quae scio; quod non corrumpam Iudices, neque Testes; quodque non petam frustratoriam, neque malitiosam dilationem; propterea que iuro et promitto, me non accessisse, nec accessurum ad istam Causam istumque Processum, nec ad aliquem illius actum odio, timore, amore, lucro, sive quovis alio respectu humano, sed solo zelo honoris et gloriae Dei, qui magnificatur, et laudabilis est in Sanctis suis; et hanc intentionem dumtaxat habere quoque dictos meos Principales, qui dederunt mihi mandatum Procurae; pro quibus, et in quorum animam, et respective in animam propriam, cum omnibus et singulis aliis clausulis et capitulis in et sub Calumniae iuramento contentis et expressis iuro; sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Fr. AGATHANGELUS a S. ROBERTO.

NUM X.

**Decretum prorogationis termini pro
constructione Processus.***(Proc. fol. 397 terg.).*

ANTVERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
 VEN. SERVAE DEI
Sororis Annae a S. Bartholomaeo
 ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

Cum terminus triennii a Sacra Rituum Congregatione de mense Ianuarii 1733 concessus in Literis Remissorialibus pro construendo in Civitate et Dioecesi Antverpien. Processu Apostolico super novis assertis miraculis ab Altissimo per intercessionem Servae Dei Sororis Annae a S. Bartholomaeo praedictae patratis, sit proxime expiraturus absque eo quod huiusmodi Processus intra dictum terminum absolutus fuerit, Postulator Causae praefatae Servae Dei pro illius prorogatione ad aliud triennium Sacrae Rituum Congregationi humilime supplicavit. Et Sacra eadem Congregatio, firmis tamen remanentibus facultatibus et clausulis in supraenunciatis Literis expressis atque contentis, dictum terminum iuxta petita prorogari censuit, si Sanctissimo D. N. visum fuerit. Die 26 Novembris 1735.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis

§ 1.

Tenor Decreti pro prorogatione termini ad conficiendum Processum.

Sanctissimo D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 26 eiusdem mensis et anni.

A. F. Cardinalis ZONDADARI
Pro-Praefectus.

L. ☩ S.

THOMAS *Patriarcha Hierosolymitanus*
Sacrae Rituum Congregationis Secretarius.

Citato igitur coram Eñō et Rñō D. Cardinali Cybo Ponente seu Relatore Causae praedictae R. P. D. Ludovico de Valentibus utriusque Signaturae SSñi D. N. Papae Referendario, Sacrae Consistorialis Aulae, Fisci, et Rev. Camerae Apostolicae Advocato, Sanctaeque Fidei Promotore ad videndum terminum, alias, ut supra concessum, prorogari ad aliud triennium, ad effectum prosequendi et absolvendi Processum praedictum cum omnibus et singulis facultatibus et clausulis in dictis Litteris remissorialibus contentis, et expressis ad infrascriptam diem, qua adveniente, et in dicto citationis termino comparuit coram dicto Eñō et Rñō D. Cardinali Cybo Ponente P. Fr. Romualdus a S. Iuliano Causae Procurator, prout in actis, petiitque et institit, prout in dicta citatione continetur. Dictusque Eñus et Rñus D. Cardinalis Cybo Ponens, seu Relator dictum terminum alias ut supra concessum ad aliud triennium cum dictis facultatibus, et clausulis prorogari decrevit. Prout Nos quoque de praemissis requisiti modo, et forma praedictis, et iuxta praeinsertum decre-
tum, seu Rescriptum Sacrae Congregationis prorogavimus; huiusmodique prorogationem Amplitudini Tuae, Rñe D. Episcope, iisdemque Vicario Generali, ac Dignitatibus seu Canonicis, ut supra eligendis Iudicibus delegatis insinuamus, notifica-
mus, et ad notitiam deducimus, deducique volu-
mus et mandamus per praesentes, ut ad prosecu-
tionem et perfectionem dicti Processus devenire

valeant ad tenorem Literarum Remissorialium, illarumque forma in omnibus servata. In quorum testimonium praesentes per Nos, et RR. PP. DD. Secretarium, et Protonotarium dictae Sacrae Congregationis subscriptas, et sigillo Emī et Rmī D. Cardinalis De Marinis dictae Sacrae Congregationis Praefecti munitas per acta infrascripti Notarii, Cancellarii et Archivistae iussimus et fecimus expediri.

Romae ex aedibus nostris die **14 Decembris 1735.**

Et inferius erat signatum.

A. F. Cardinalis ZONDADARI
Pro-Praefectus.

T. Patr. Hierosolym. S. R. C. Secretarius.

P. COLUMNA DE SCIARRA
Proton. Apost. Cong. S. Rituum.

NUM. XI.

Tabella Testium examinatorum super prodigiosa asserta sanatione Fr. Leopoldi a S. Joanne Baptista, Sacerdotis professi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum.

NUM.	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
I	Rev. P. Leopoldus a Sancto Ioanne Baptista ex Ord. Carmelitarum Ex- calceatorum, anno- rum 28.	Die 5 aprilis 1734	Die 3 Aprilis 1734	Die 5 Aprilis 1734	Die 9 Aprilis 1734
	Proc. fol. 45 terg.	fol. 41 terg.	fol. 44	fol. 42 terg.	fol. 45 terg.
II	Rev. P. Fredericus a Spiritu Sancto ex eodem ordine, annor. 37.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 14 Maii 1734
	Proc. fol. 63 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 43	fol. 63
III	Rev. P. Epiphanius a S. Alberto ex eo- dem ordine, annor. 71.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 20 Maii 1734
	Proc. fol. 52	fol. eod.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 71

NUM	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
IV	Rev. P. Augustinus a S. Humberto ex eod. ordine, annor. 25.	Die 5 Aprilis 1734	Die 3 Aprilis 1734	Die 5 Aprilis 1734	Die 5 Junii 1890
	Proc. fol. 79 terg.	fol. 41 terg.	fol. 44	fol. 43 terg.	fol. 79 terg.
V	Fr. Tiburtius a S. Nicolao ex eod. ordine, annor. 23.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 9 Junii 1734
	Proc. fol. 91 terg.	fol. 41 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 91
VI	Rev. P. Amandus a S. Mansueto ex eod. ordine, anno- rum. 40.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 3 Iulii 1734
	Proc. fol. 100 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 100 terg.
VII	Fr. Thadaeus a S. Petro ex eod. ordine, annor. 23.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 9 Iulii 1734
	Proc. fol. 107 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 107

NUM.	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
VIII	Fr. Ioannes Pier- ron ex ord. S. Alexis, annor. 33.	Die 29 Iulii 1734	Die 27 Iulii 1734	Die 29 Iulii 1734	Die 29 Iulii 1734
	Proc. fol. 116 terg.	fol. 114 terg.	fol. 116	fol. 115	fol. 116 terg.
IX	Fr. Lucas a S. The- resia, ex ord. Carm. Excalceat., ann. 47.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 4 Augusti 1734
	Proc. fol. 121 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 115 terg.	fol. 121 terg.
X	D. Casimirus Vi- lella, medicinae do- ctor, annor. 45.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 21 Octobris 1734
	Proc. fol. 128 terg.	fol. eod.	fol. eod.	fol. eod.	fol. 128 terg.
XI	D. Ioannes Steij- nen, medicinae do- ctor, annor. 42.	Die 26 Octobris 1734	Die 25 Octobris 1734	Die 26 Octobris 1734	Die 27 Octobris 1734
	Proc. fol. 136 terg.	fol. 133 terg.	fol. 135 terg.	fol. 134	fol. 126 terg.

NUM.	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
XII	Fr. Alexius De Vrije ex ordine S. S. Alexis, annor. 62.	Die 26 Octobris 1734	Die 25 Octobris 1734	Die 26 Octobris 1734	Die 9 Nov. 1734
	Proc. fol. 141.	fol. 133 terg.	fol. 135 terg.	fol. 134	fol. 142.
XIII ex off. I	D.nus Simon Bolt- zazar de Uduf, De- canus Eccl. Cathe- dralis B. M. V., an- nor. 47.	Die 24 Septemb. 1735	Die 6 Octobris 1735	Die 7 Octobris 1735	Die 8 Octobris 1735
	Proc. fol. 377.	fol. 374	fol. 376	fol. 374 terg.	fol. 377
XIV ex off. II	D.nus Franciscus Xaverius Comes de Baillot, annor. 40.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 13 Octobris 1735
	Proc. fol. 381.	fol. eod.	fol. 376	fol. 375	fol. 381

NUM. XII.

Tabella Testium examinatorum super prodigiosa asserta sanatione Adolescentis Aegidii Josephi Coenen.

NUM.	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
I.	Dña Anna Catharina van den Eeden, annor 45.	Die 28 Febr. 1735	Die 26 Febr. 1735	Die 28 Febr. 1735	Die 20 Maii 1735
	Proc. fol. 313	fol. 221 terg.	fol. 225	fol. 225.	fol. 313
II.	Dña Anna Catharina Schoons, annor. 38.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 25 Maii 1735
	Proc. fol. 323	fol. eod.	fol. eod.	fol. 224 terg.	fol. 323
III.	Dña Margareta Claessens, anno- rum 78.	Die dicta	Die dicta	Die dicta	Die 27 Maii 1735
	Proc. fol. 332	fol. eod.	fol. eod.	fol. 224	fol. 332

NUM.	NOMEN, COGNOMEN, CONDITIO, AETAS	INDUCTIO	CITATIO	IURAMENTUM	EXAMEN
IV	D. Petrus Iosephus Motquin, Medicinae doctor, annor 28.	Die 28 Febr. 1735	Die 26 Febr. 1735	Die 28 Febr. 1735	Die 25 Aug. 1735
	Proc. fol. 340	fol. 221 terg.	fol. 225	fol. 224 terg.	fol. 340
V	Dña Anna Catharina Minnebroers, annor. 34.	Die 31 Aug. 1735	Die 30 Aug. 1735	Die 31 Aug. 1735	Die 1 Sept. 1735
	Proc. fol. 348 terg.	fol. 345 terg.	fol. 347	fol. 346 terg.	fol. 348 terg.
VI	Dña Aegidius Iosephus Coenen, annor 14.	Die 10 Sept. 1735	Die 9 Sept. 1735	Die 10 Sept. 1735	Die 14 Sept. 1735
	Proc. fol. 362	fol. 359	fol. 361	fol. 360 terg.	fol. 362

REVISA

ANGELUS MARIANI S. C. Adv.

S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.

ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SOERVAE DE

Sor. Annae a S. Bartholomaeo

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

ANIMA DVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An constet de validitate processus Apostolica auctoritate constructi in Curia ecclesiastica Antuerpiensi super assertis miraculis praefatae Ven. Servae Dei intercessione patratis; Testes sint rite et recte examinati, ac iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum, de quo agitur?

E.ME AC R.ME DOMINE,

1. De apostolici processus auctoritate quaeritur, Antuerpii conditi anno 1734 super quibusdam sanationibus a morbis, qui divinitus depulsi ferebantur, deprecatrice Ven. Famula Dei Anna a S. Bartholomaeo, cuius suppetiae imploratae fuerant. Diuturnum sane silentium, ex quo huius processus tabulae nonnisi post centum et septuaginta quatuor annos proferuntur, haud levem suspicionem ingerit, tunc temporis Causae actores, difficultates praesertim in-

trinsecas conspicatos, queis rei exitus in discrimen adducebatur, despondisse animis consultoque ab inceptis destitisse. Non heic loci est, intimum attingere Causae meritum; sed unam investigare extrinsecam iudicialium actorum formam; num eadem iuris nostri normis et Litterarum Remissorialium praescriptionibus plane respondeat.

2. Inter minoris momenti defectus recensenda est omissio declarationis in actis facienda de extraneorum discessu a loco, ubi testium excipiebantur examina, deque ianuarum occlusione. Huiusmodi enim declaratio, quae ad tutandam secreti legem inducta est, iis praesertim in Comitiis negligenda non erat, quae habita sunt in testium infirmorum cubiculo, cum facile contingere soleat, ut insitam cuncta sciendi cupiditatem cohibere omnes non valeant, praesertim faeminae, quae eadem in aede degant. Testes vero omnes a Postulatore inducti prius in iudicium vocati sunt, quam eorum nomina Sacro Tribunal de nunciarentur, prout binae tabellae produnt Summarii tabulis adiectae (*Summ. pag. 38 et pag. 42*). Porro inductionem praecedere oportere vel ipsamet naturalis ratio suadet. Atque « *hic est mos* (ab eo tempore testabatur Benedictus XIV), *qui in quo cumque iudicio servatur, et consequenter etiam in confectione processuum in hisce Causis Beatificationis et Canonizationis* » (Lib. II cap. 48 num. 4).
3. Gravior est defectus testium, qui ex officio inducendi ac perpendendi erant, quemadmodum in Remissorialibus Litteris cautum fuerat. « Completo vero examine « testium a Procuratore causae inducendorum, alios « *testes de assertis miraculis instructos*, ab eisdem « Iudicibus praesentium executoribus ex officio, prout « in dictis novissimis decretis disponitur, inducen « dos pari modo examinent iuxta dicta Interroga « toria R̄ni D̄ni Fidei Promotoris » (*Summ. pag. 16* § 25). In huius quoque litteris constitutum erat, « ut post completum examen testium a Procuratore « Causae inductorum, *alii tetes bene instructi ex of « ficio debeant examinari* a Iudicibus delegatis iuxta

« Interrogatoria transmissa » (*Ibid. pag. 22 post init.*). Iamvero, quum inquisitio super pluribus assertis prodigiis instituta sit, atque peculiares Articuli a causae Postulatore traditi, ita peculiaria interrogatoria a Fidei Promotore exarata sunt, testibus singillatim proponenda, qui inducerentur veluti de una vel altera sanatione edocti. Quo igitur Remissorialium et iuris Vindicis praescriptum hac in parte adamussim servaretur, delegati Iudices uti testes ex officio expendendos eos adhibere debuisserent, qui vel de singulis propositis sanationibus sufficienti scientia instructi essent, vel binos saltem pro unaquaque sanatione inducere, qui opportunis quaestionibus satisfacere valerent.

4. Contra duo dumtaxat in iudicium vocati sunt ex officio testes, quorum alter vix de una ex assertis sanationibus genericas quasdam notitias acceperat, quemadmodum in eiusdem examine relatum est. « Quantum ad ea miracula specialiter spectat, quae « Altissimo patrare placuit ad intercessionem supra- « dictae Ven. matris Annae a S. Bartholomaeo, « testatur (testis) se nonnisi de uno particularem « habere notitiam, idque ex decreto Illī ac Rī « Dī sui Episcopi illud auctoritate sua Ordinaria « approbantis, desuper edito; quod scilicet contigit « a tribus plus minus annis in persona cuiusdam « Patris seu Religiosi presbyteri Conventus Car- « melitarum Discalceatorum huius Civitatis, cuius « nomen deponenti non occurrit » (*Proc. fol. 379*). Alter quoque pauca et generica de eadem sanatione habet (*Ibid. fol. 385*); uterque autem dimissus est post decimum interrogatorium, ceteris omnibus omissis quaestionibus, quae tum de morbo et sanatione praefati Sacerdotis Carmelitae agebant, tum de aliarum aegritudinum natura ac indole, deque singularum sanationum adiunctis. Quum itaque bini, qui acciti sunt ex officio testes, nec rite expensi fuerint, nec iisdem ob opportunae scientiae defectum suo functi sint munere, ceu oportuisset, Remissorialibus Litteris haud fuisse satisfactum, quoad testes ex officio vocandos, manifesto scatet.

5. Iisdem litteris iniunctum erat delegatis Iudicibus, ut Sacrae huic Congregationi per epistolam significarent « non solum generaliter, quae fides testibus « examinatis sit adhibenda, sed etiam particulariter « super iis, quae per eosdem testes deposita fuerunt, « et an in deponendo iidem Iudices aliquid viderint « seu animadverterint, per quod eorum depositio « suspecta reddatur » (*Summ. pag. 17 § 30*). At huiusmodi epistolae desiderantur omnino, sicuti et aliae, quas a Fidei Subpromotoribus exaratas fuisse ex iudicialibus tabulis inferre fas est (*Proc. fol. 412*). Donec igitur proferantur, incertum erit quaenam fides adiungenda sit testibus. Illud quoque deest instrumentum, quod clausurae ac traditionis transumpti nuncupatur. Legitur siquidem in postremi Comitii actis: « Iusserunt et iubent... Transumpto « clauso et sigillis munito per me Notarium Actua- « rium apponi suprascriptionem, illudque ita clau- « sum et sigillatum una cum supradictis plicis lit- « terarum responsivarum, ac etiam mox dicendum « Instrumentum consignationis tradi et consignari « Portitori, et de dicta traditione et consignatione « confici separatim per me Notarium Actuarium « instrumentum publicum in forma » (*Proc. fol. 413*). Fueruntue haec omnia fideliter impleta? Quum nullum praesto sit authenticum documentum, quod de re nos plane edoceat, haud licet affirmativum dare responsum.

Quae tamen dicta sint sub censura, salvo etc.

Die 16 Novembris 1908.

ALEXANDER VERDE

S. C. Adv., S. Fidei Promotor.

ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

Sor. Annae a S. Bartholomaeo

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

RESPONSIO

AD ANIMADVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

*An constet de validitate processus Apostolica auctoritate
constructi in Curia ecclesiastica Antuerpiensi super
assertis miraculis praefatae Ven. Servae Dei inter-
cessione patratis; Testes sint rite et recte examinati,
ac iura producta legitime compulsata in casu et ad
effectum, de quo agitur?*

E.ME AC R.ME DOMINE,

1. Cur diuturnum post temporis spatium quaestio de validitate Processuum discutienda proponatur cau-
sam in hac iudicali sede inquirere supervacaneum
reputat Censor. Idque iure, cum haec eiusmodi sit
quaestio quae interiorem miraculorum indolem at-
tingat, non autem extrinsecam formam actorum.

Anim. § 1.

- Anim. § 2.*
2. Quod vero in comitiis quae habita sunt in testium infirmorum cubiculo, nihil de secreti lege servata fuerit declaratum, id nullo impedimento est quominus de validitate inquisitionis nunc constare edicatur. Etenim omnes Iudices, antequam munus sibi concreditum susciperent, non modo iurarunt se eo fideliter esse functuros, sed etiam secreti legi fore satisfacturos. Quam ob rem praesumptio iuris haec est ut silentium favore adimpleti paecepti accipiatur: idque praesertim cum de ceteris comitiis constet semper Iudicibus illud maxime cordi fuisse ne secreti lex violaretur. Ut brevi praecidam, consultius equidem egissent ipsi facta servati secreti mentione. At silentium hac super re habitum haud nocet, cum attentis singularibus adiunctis pro validitate actuum interpretandum sit.
 3. Censor queritur quod « testes a Postulatore inducti « prius in iudicium vocati sunt quam eorum nomina « denunciarentur ». Interversionem ordinis hanc minime laudo neque tamquam exemplum imitandum propono. Haud tamen actus irritos facit. Nam (quidquid fuerit) illud unum semper certum: sive antea sive postea inductos, tamen fuisse hos testes a Iudicibus cognitos eosdemque probatos: quod erat maxime necessarium ne dicerentur *ultronei*.
 4. Reliquum est ut de testibus ex officio loquamur, quos Censor hac in causa fuisse desideratos contendit. Verum cum egregio Iuris Vindice (dicam integro obsequii officio) sentire non possum. Porro damus hanc iudiciale, de qua agitur, inquisitionem « super pluribus assertis prodigiis » fuisse institutam; sed cum semper una eademque esset formaliter inquisitio, haud equidem oportebat ut pro quaque sanatione *bini* ex officio testes inducerentur. Legi tunc ipsum plane satisfactum est quum *bini* inducti sunt pro omnibus. Ac reapse *duos* pro *omnibus* sanationibus fuisse inductos in hac causa ipsaemet responsiones demonstrant ab iis datae opportune propositis interrogationibus: « quantum « ad **ea miracula** specialiter spectat **quae**
- Anim. § 3 et 4.*

« Altissimo patrare placuit ad intercessionem su-
 « pradictae Ven. Matris Annae a S. Bartholo-
 « maeo etc. ».

5. At (inquieris) bini testes hac in causa inducti ex officio vix de una ex assertis sanationibus genericas quas-dam notitias proferunt! Intelligo: sed haec alia est quaestio quae in rem minime cadit. Haud enim queritur quantum sciverint testes (*non omnes omnia nosse tenentur*) sed utrum necne fuerint ex officio inducti. Quod cum peractum sit, haud dubitamus quin etiam in hac parte rite congruenterque de actorum forma constet.
6. Tum denique damus epistolas Iudicum et Subpromotorum in actis deesse quae de more ab iis huic Sacro Coetui et Urbano Fidei Promotori solent dari ut significetur quanta sit testium dictis praebenda fides. Et nos hunc epistolarum defectum querimur. Verum haud huiusmodi epistolae inter eas solemnes formulas sunt recensendae, quae, si desint, irritos reddant actus. Nam cum testes inducti iidemque probati a Iudicibus et Subpromotore fuerint ac simul iuramentum de veritate dicenda secretoque servando ediderint, omnis evanescit contraria suspicio fidemque ipsi vindicant sibi. Accedit quod Benedictus XIV loquens de his epistolis, eas ex **recepto more** potius quam e *stricto* repetit *iure*: « **mos** ut Iudices delegati scribant Delegantibus epistolam etc. » (1). Pariter numquam formulam Pontifex ille sapientissimus exhibit ex quadoceatur, propter omissam epistolam, acta irritari. Quae norma etiam aliis in causis adhibita est.
7. Restat ut de instrumento clausi ac traditi transumpti agamus quod nunc deest. In postrema iudicialis inquisitionis sessione legitur scriptum: « Iusserunt et iubent (Iudices). . . Tramsumpto clauso et si gillis munito per me notarium actuarium apponi

Anim. § 5.

(1) Lib. II, C. L, N. 4.

« suprascriptionem, illudque ita clausum et sigilla-
 « tum una cum supradictis plicis litterarum respon-
 « sivarum, ac etiam mox dicendum Instrumentum
 « consignationis tradi et consignari Portitori, et de
 « dicta traditione et consignatione confici separa-
 « tim per me Notarium Actuarium instrumentum
 « publicum in forma ». Quae si rite teneas, praesumptio,
 quin etiam certa suasio haec est: instrumentum ipsum fuisse huic Sacro Coetui delatum.
 Si nunc vero deest, causa ex diuturnitate temporis
 est repetenda. Nam ab anno 1734 ad hanc usque
 aetatem centum et septuaginta quatuor anni sunt
 elapsi: quo spatio varias tabularia obiverunt vices
 translationesque. Illud ipsum quod nunc aperta re-
 periatur inquisitio in actis huius Sacri Ordinis
 quin tamen ulla res adnotetur contraria, praesumptio-
 nem magis magisque confirmat qua tenendum est
 omnia rite fuisse servata.

8. Quae cum ita sint igitur, spem certam fovemus fore
 ut proposito Dubio propitium feratur suffragium:
 quod cum Rmo P. Roderico a S. Francisco a Paula
 ex Ordine FF. Carmelitarum Excalceatorum Postu-
 latore Generali enixe flagitamus.

Quare etc.

Die 23 Novembris an. 1908.

IOANNES MINETTI Adv.
JOSEPH BARLUZZI.

REVISA

ANGELUS MARIANI S. C. Adv.

S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.

MARQUÉS DE SAN JUAN DE PIEDRAS ALBAS

BIBLIOGRAFÍA TERESIANA

SECCIÓN X

Libros escritos sobre Carmelitas de la Reforma Teresiana.

Número.....	2610	Precio de la obra..... Ptas.
Estante.....	118	Precio de adquisición. »
Tabla	5	Valoración actual. »

28

261